



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XXVIII Quod multiplex sit eleemosynar[um] virtus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

Aug.
Luc. II.

Date eleemosynā (ait dominus) & ecce omnia munda sunt vobis. Non solum ergo qui dat esuriēti cibum, sitiēti potū, nudo vestimentum, peregrinanti hospitium, fugienti latibulū, egro vel incluso visitationem, captiuo redemptionē, debili subuectionē, cæco deductionē, tristi consolationem, non sano medelam, erranti viam, deliberanti consilium, & quod cuiq; necessarium indigenti, verē etiam qui dat veniam peccanti, eleemosynam dat. Et qui emendat verberē in quē potestas datur, vel coërcet aliqua disciplina, & tamen peccatū ei⁹ quod ab illo læsus vel offensus est dimittit ex corde, vel orat vt ei dimittatur, non solū in eo quod dimittit atq; orat, verū etiam in eo quod corripit, & aliqua emendatōrā pœna plectit, eleemosynā dat, qui misericordiam præstat. Raphael quoq; angelus vt eleemosyna libēter ac largiter fiat hortatur, dicēs: Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Quia eleemosyna à morte liberat, & ipsa purgat pœtā. Ostēdit orationes nostras ac ieiunia minus posse nisi eleemosynis adiuuētur. Deprecationes solas parum ad impetrandum valere, nisi factorū & operum accessiōe scientur. Reuelat angelus & manifestat & firmat eleemosynis petitiōes n̄as efficaciores fieri, eleemosynis vitam & periculis redimi, eleemosynis animas à morte liberari. Duæ namque sunt eleemosynæ.

Isido.

Vna corporalis, argenti dare quicquid potueris, al-